

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 \* 4 \*



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus Epigramma ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestanae neresbun M. Teti a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus Epigramma ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Desbuensem Carmen Epigrammatum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuleti M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in honorem Cerevisiae Servestanae Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemnys
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Versaliensis
- XXVII. Theophrastus Epigramma ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Gualtero
- XXIX. Trizinta Jenerum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Strenis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johannis Amlingi Nicolai May.



EPITHALAMIA  
 IN  
 HONOREM ET FESTIVITATEM  
 Nuptiarum, Pietate, Doctrinâ & Virtute,  
 morumq; integritate præstantissimi  
 Viri-juvenis,

DN. CONRADI  
 GERHOLDI JUNIORIS  
 J. U. Candidati,  
 SPONSI,

ET  
 SELECTISSIMÆ, HONESTISSIMÆ,  
 Pudicissimæq; Virginis,

DOROTHEÆ,  
 Excellentissimi & Prudentissimi  
 Viri, DN.

JOHANNIS DALICHOVII, p. m. IN-  
 clytæ Reipubl. olim Brizensis Consulis gravis-  
 simi, relictæ filiz,

SPONSÆ,  
 Qua celebrabantur Briza I X. Augusti  
 ANNO CHRISTI

M. DC. XXIV.  
 Scripta ab amicis.

Servestæ Typis Zachariæ Dörfferi.

EPITHALAMIA  
 IN  
 HONOREM ET FESTIVITATEM  
 Nuptiarum, Pietate, Doctrina & Virtute,  
 morumque integritate prestantissimam  
 Vniuersitatis  
**DR. CONRADI**  
 GERHOLDI JUNIORIS  
 J. U. Candidati  
 Sponsi  
 ET  
 SPECTISSIMAE HONESTISSIMAE  
 Paterfamilias  
**DOROTHEAE**  
 Excellentissimi & Prudentissimi  
 Viri, Dr.  
 JOHANNIS DALICHOVI, p. m. IN  
 Clypeo Reipublicae, olim Brunonis, Consulatus graui  
 & sollicitudinis  
 Sponsae  
 Qui celebratur diebus X. Augusti  
 Anno Conuicti  
 M. DC. XXVII.  
 Typis ad officinam  
 scilicet Typis Zachariae Doffneri





AD

DN. CONRADUM GERHOLDUM  
juniolem, affinem suum suavissimum.

**S**ponse, Decus Themidos, medio cum flore  
juventæ  
Scrutari velles jura, forumq; sequi;  
Diva potens Cypri speciosam ducere nympham  
Jussit, inæqualis jura subire tori.  
Abnuit alma Themis, spatiosa volumina Juris  
Voluendo, ut cceptum est, continuare jubet.  
Conjugium infelix disuadent jure propinqui;  
Jure Pater reprobat; Mater & ipsa vetat.  
Præ reliquis FRANKFURTENSES Themis alma pa-  
Commendat notâ de meliore scholas; (læstris  
Laudibus extollit simul & LIPSENSE Lyceum;  
Queis sacræ Leges, queis sacra Jura vigent.  
Hæc loca felici petisti sidere, vertens  
Assiduâ Juris sedulitate tomos.  
Hic magnâ egregium specimen cum laude dedisti  
Ingenii, rediens doctior inde domum.

A 2

Quam

Quamprimùm reducem vidit te Mater Amorum,  
Nympham aliam monstrans, hanc cape, Nate,  
refert.

Ingenium ingeniis, animis animum, artibus artes,  
Moribus & mores excoluisse sat est.

Multorum ritus hominum, turesq; superbas  
Lustrasse, & studiis invigilasse sat est.

Unã conjugium suadent hoc mente propinqui;  
Comprobat hoc Mater; cõprobat hocce Pater.

Ast iterum contra Themis, haud Recti immemor,  
Pro meritis tribuens lance cuiq; suum: (æquã

Parce tuis faculis Cytherea; immota Deorum  
Fata obstant; jaculis tu quoq; parce Puer.

Parce; opus est nummis Æqui, Jurisq; peritis.

Ditior huic igitur Virgo petenda Viro.

Ipsè etenim *dignus meliori sorte*, requirit

Quam sua Dexteritas, Gratia, Suada, Lepos.

Quam sua vult forma insignis, viridisq; juvena;

Quam sua vult Pietas; Quam sua vult Gravitas.

Quod pia Fata volunt, non invida tollere Vota,

Nec tu parve Puer, nec Cytherea potes.

Dixit; DALCHOVII præstanti corpore Natam

Commonstrans digito laudibus hisce probat;

En!

En! DOROTHEA, DEI DONUM, quam ex millibus  
Seligo, Nate, tibi, bella puella satis. (unam  
Casta satis, generosa satis, facunda, pudica,  
Ingeniosa satis, Relligiosa satis.

Dives agris satis, & positus in fœnore nummis.

En! DOTATA satis Corpore, Mente, Bonis.  
Mille procis placuit, sed frustra. Namq; repulsam  
Fatorum infelix Numine quisq; tulit.

Tu verò egregiæ huic Nymphæ unus mille proco-  
rum

Ingenio, Formâ, Moribus, Arte places.

Omnibus eripiens thalamum, tedasq; jugales,  
Solutus habes lecto vota q; spemq; tuo.

Hanc tibi connubio jungam, propriamq; dicabo;  
Hic Amor, hæc requies, hic Hymenæus erit.

O te felicem! talis cui ducitur Uxor;  
Cui bene sic cupiunt Numina, Fata favent.

Sic ait; ex oculis tenues secedit in auras,  
Et pede tecta Jovis non remorante petit.

Quòd DOROTHEA, procos tot dedigata, GERHOL-  
Jungatur Themidos Numine, Fama volat. (DO

Hanc pars miratur sortem; pars invidet; Urbi  
Quæ nova, pars non vult credere, Fama refert.

Pars sese opponit; sed frustra. Namq; repellit  
- Omne malum, dextrâ quem tenet, ense Themis.  
Quinetiam Sponfos cum Patre, & Flamine **CHRI-**  
**STUS**

Ipsè jugat; firmat fœdera sancta tori;  
Et **BENE** conjugibus **DICIT** super omnia: **NEMO**  
**DISJUNGAT, JUNXIT QUOS MODO**  
**DEXTRA DEI.**

**CRESCITE; GIGNENDO PARVOS EX-**  
**CUDITE MUNDOS;**  
**ET VESTRUM IN TERRIS MULTI-**  
**PLICATE GENUS.**

Gratulor hinc igitur tibi, **SPONSE**; & gratulor inde  
**SPONSA** tibi; ac vobis omnia fausta precor.

Vivite concordés per secula, fœdere lecti  
Corpora jungentes Prole replete torum.

Quæ Patri similis, referat quæ stemmata Matris,  
Et formam, & mores, Virgineumq; Decus.

Unus in ambobus sit Amor; sit & una voluntas;  
Unaq; mens, unum pectus, & una Fides.

Pax vobis adsit; Pacem non Martia turbent  
Classica, nec vexet corpora dira lues.

Salve **SPONSE**, tuam complectere, dilige Sponsam,  
Quam tibi præ reliquis eligit alma Themis.

Quam tibi mille proci relinquunt; quam dextera jungit  
Ipsa **DEI**, ut corpus, dilige corde, tuum.

**TU**



TU quoq; SPONSA, tuæ Matris spes unica, salve;  
Salve Virginei Flosq;, Decusq; chori.  
Dilige corde tuum Sponsum, venerare Maritum,  
Qui te plus oculis diligit ipse suis.  
Cui non una quidem, voluit dum pulchra placere,  
Virgo cæsariem pexuit ægra suam.  
Sed neq; sic valuit satis ipsi pulchra placere,  
*Cæsariem frustra pexuit ægra suam.*  
Salve iterum atq; iterum castissima Virgo, supremum  
Virgo hodie, talis non reditura, Vale.  
Ite domum juvenes, venit Hymen, ite puellæ;  
Saltando plausus ingeminasse fat est.  
Hymen, ô Hymenæe Hymen, Hymenæe venito!  
Non aliter constant sacra, Hymenæe veni!

*Joannes Cramerus*

*J. U. D. & P. L.*



EPITHA-



EPITHALAMIUM

Ad Virtute, Eruditione & Rerum Ju-  
ridicarum Usu præstantissimum

Juvenem,

DN. CONRADUM GERHOLDM.

Ἐναγκαμματισμόν

Ex Nominibus Sponsi & Sponsæ.

Sponsus: N DOS, CURA, id est, CONRADUS

Sponsæ: ΕΗΘΤΡΑΔΟ (me) id est, DOROTHEA.

ALLUSIO.

**E**N Conrade tomos satis usq<sub>3</sub> huc Juris & Æquæ  
Cognovisse tibi CURA, laborq<sub>3</sub> fuit.  
Nec te penituit longarum sæpe Viarum,  
Lustrâsti ut variis oppida clara locis.  
Sudâsti, alsisti, grave utrumq<sub>3</sub>, nec inde minori  
Corporis & mentis prosperitate redis.  
Et tamen assiduis nunc saucius ignibus ardes,  
Ut patulum crudo pectore Vulnus alas.

Vulnus

Vulnus Apollineâ quod non Podalirius arte  
Sustulerit, succis herba nec ulla suis.  
At ne desperes N D o s R o s t u, bene C U R A  
Gramen diuinum qui super ille cadat.  
Hoc solum post hac medicos tibi restat in Usus,  
Quo poteris pectus consolidâsse tuum.  
Feminei at generis sumendum est, masculiei est nîl,  
Astrica vis, (Mirum,) sic sua dona dedit.  
Non vereâre E H o m e T R A D O clamat ad Usus  
Istos diuinum Gramen, & usq; color.  
Sim despecta licet, pedibus quoq; conterar, herba,  
Multorum, quia sum confita ponè V:as.  
At mihi quot nodi, Valeo tot vulnera contra  
Pectoris, atq; ex me dulce levamen habet.  
Junctâq; ponè vias ut sim promptissima in Usus,  
Ceu sociata viro fœmina semper adest.  
Sic Conrade tui languori pectoris agro  
Dorotheia datur, casta, pudica, pia.  
Hac etenim numero costarum exempta tuarum  
Molle tibi rapido decoquit igne latus.  
Dulce refrigerium ceu Ros est gramini adusto,  
Phœbeis radiis, arboribusq; satis.

B

Dulce

Dulce refrigerium, quod tristia tempora letis  
Depellat Verbis, colloquisq; suis.  
Dulce refrigerium Soboles quod blanda sequatur  
Quae generis duret fida columna sui.  
Gaudia longaevis quae sancta parentibus olim  
Provehat, in regno deliciosa DEI.  
Hoc verum faxit moderator & arbiter, Unus  
Est author socii qui sine labe tori.  
Hoc faxit Christus, quem Cana Vetusta benignum  
Ad thalami festum sensit adesse diem.  
Hoc faxit sancti favor & praesentia Flatus  
Qui Patris & nati numine prodit Amor.  
Sic non telluris vel furis Cura, at Olympi  
Evehet in superas te pietate domos  
Sic tua fulgebit tecum in caelestibus Oris  
DORULA jam Vitae nobilitata libro.

Fausti ominis & amicitiae  
ergo hisce applaudo novis  
Spontis

M. Bartholomæus Schröterus.

ALI-



A L I U D.

**S**ponse tibi Fatis, Æqui jurisq; perito  
Mille procis frustra virgo petita da-  
tur.

Quæ reliquis certat formâ & virtute puellis,  
Eloquio comites exsuperatq; suas.

Haud secus ac vincit communes Gemma lapillos,  
Astrigeriq; poli Lucifer ipse choros.

O te felicem! talis cui jungitur uxor.

Quam virtus ornat, Gratia, Fama, Pudor.

Quam Pietas Probitas, commendant; Gloria vitæ  
Et morum Gravitas, dexteritasq; beant.

Unde tibi auxilium, & gratum D O R O T H E A la-  
borum,

Quod tota optasti mente, levamen adest.

Quæ faciat posthac pulchra te prole parentem,  
Legitimiq; tori pignora multa dabit.

Ergo D E U S, faciles precibus qui præbuit aures,  
Vos servet salvos, incolumesq; diu.

Prosperet & thalamum, ut feliciter omnia cedant,  
Vestraq; sit nullis subdita vita malis.

Gratæ memoriæ uti & amoris  
morisq; ergo misit pauçula  
hæc

*Samuel Neander Francofur-*  
*furtanus J. U. Candid.*

F I N I S.



Id 4206  
g

ULB Halle

3

004 167 287



f  
56

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,  
da Hschr. +90


8-14

100-By  
Jul. 01


24 VD 17

M









**Farbkarte #13**

*...*  
 ...IA  
 ...TIVITATEM  
 ...inâ & Virtute,  
 ...stantissimi  
**RADI**  
**NIORIS**  
 ...ti,  
 ...STISSIMÆ,  
**H E Æ,**  
 ...dentissimi  
 ...D VII, p. m. IN.  
 ...onsulis gravif-  
 ...  
 ...K. Augusti  
 ...  
 ...IV.  
 ...æ Dörfferi.  
*...*